



1798.

\*  
1. Bo

17 a

m

\*  
2. Har

15 a

re

Ha

\*  
3. Hage

Bo

vi

\*  
y Litv

Resp

deca

ann

de

\*  
5. Till

et 91.



1788

1798, 4

A D  
MEMORIAM ANNIVERSARIAM  
VIRI QVONDAM PERILLVSTRIS  
DOMINI  
RVDOLPHI FERDINANDI  
LIBERI BARONIS  
DE SILVERSTEIN ET PILNIKAV  
HAEREDITARII IN KLEIN-EILA GRASCHEN PAVSEN  
DAVBER BVCHWALDE ET BARG  
D. XVII. APR. A. R. S. C1D1DCCXCVIII.  
AB HOR. IX. ANTEMER.  
IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM  
CELEBRANDAM  
RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES  
GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS ACADEMIAE CIVES  
PEROFFICIOSE INVITANT  
TRIVM SVPERIORVM FACVLTATVM  
DECANI, SENIORES, ET ASSESSORES

---

I N E S T  
*Responfor. Iur. XCII.*



UNIVERSITÄT ANHALT  
D. 3. M. 1811  
R. V. D. O. P. H. F. F. E. R. D. I. N. A. N. D. I.  
L. I. B. R. A. R. I. U. M.  
S. H. A. R. T. S. T. A. M. M. I. N. I. A. N.  
H. A. L. L. E. T. A. R. I. U. M. T. E. R. M. I. N. I. A. N.  
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M. T. E. R. M. I. N. I. A. N.  
D. 3. M. 1811

IN A. U. T. H. O. R. I. T. A. T. E. R. I. S.  
R. E. C. T. O. R. I. I. S. T. R. A. T. E. G. I. C. I. S.  
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M. T. E. R. M. I. N. I. A. N.  
L. I. B. R. A. R. I. U. M.  
D. 3. M. 1811  
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M. T. E. R. M. I. N. I. A. N.  
D. 3. M. 1811



---

B. C. D.

RESPONS. XCII.

*In successione collateralium ex uno latere iuncti cognatis  
bilateralibus eiusdem gradus in infinitum, et sine restrictione  
ad fratres, eorumque liberos postponuntur.*

---

**S**i in successione e latere transuerso cognatorum ius Romanum cum antiquae Germaniae moribus, et fratres germanos cum consanguineis vel vterinis comparamus, horum, quippe vnilateralium conditionem quodammodo Romanorum, et quodammodo Germanorum iure meliorem esse intelligimus. Videlicet *Nou. 118. cap. 3.* docemur, non solum fratres sororesque defuncti germanos, sed eorum etiam praedefunctorum liberos ex concessio repraesentationis beneficio, consanguineos et vterinos vincere, fratrum nepotes vero nullo, neque a praesentatione, neque a vinculi duplicitate petito priuilegio vti, adeoque a filio consanguinei et vterini fratris excludi, cum eius nepote simul admitti.

Germaniae, quod ad hanc rem attinet, consuetudines copiosissime explicuit auctor *Des Versuchs der Lehre von*

dem Vorrechte der vollen Geburth vor der halben in Erbschafts-Fällen, qui liber Lubecae 1746 prodiit, idemque in der weitern Ausführung dieses Versuchs ibid. 1748. Quum enim alius ignoti nominis, more glossatorum, studio iuris Romani ductus, ad huius normam omnia reducere laborasset, ille suae sententiae veritatem vberius confirmavit, memor consilii DAV. GE. STRUBENS in der 32. Abhandl. der Neben-Stunden, ex prisca Germanorum moribus ad nos translata ex his ipsis, nequaquam ex legibus praeceptisque Romanorum, repetenda esse, ac illustranda.

Nimirum obtinuit per vniuersam Germaniam in successione cognatorum regula naturae, adeoque etiam iuri Romano maximam partem consentanea; *Je näher dem Sypp, je näher dem Erbe.* A qua, prout olim non in feudalibus tantum, sed auitis etiam haereditariis bonis, masculini sexus fauore, non minus propter duplicitatem vnitatemque cognationis sic recesserunt, vt Ostfali hanc fuerint secuti normam, *Halbe Geburth tritt ein Glied weiter zurück.* Westfali vero hanc, *das halbe Glied geht zurück;* ex quo hoc discrimen prodiit, vt illi germanorum liberos aequali cum consanguineis ac vterinis iure admiserint, L. II. *Sächsischen Landrechts* art. 20. hi eos consanguineis ac vterinis fratribus postposuerint.

Post iuris Romani notitiam, aliam atque aliam passim Germanorum gentes sic inierunt rationem, vt alii, missis maiorum in hac etiam re consuetudinibus, Romanorum scita sua facerent, alii germanis duas, vnam consanguineis vteri-

uterinisque tribuerent portionem, alii a quorum parentibus bona prouenerint, iis ea largirentur, alii denique moribus a maioribus acceptis firmo pede infisterent, singuli denique sua placita statutis localibus legibusue prouincialibus munitent, confirmarentque.

Et quemadmodum Saxones sub Wittekindo hac lege, prout Saxo poeta monet, Carolo M. se submittere, vt suis legibus viuere liceret, non minus recentiore aetate, Saxonia superior varias consuetudines a maioribus acceptas iure Romano haud consentaneas retinuit, et inter has antiquam illam collateralium successione, ob eamque rem ius repraesentationis fratrum liberis Imperii Recessu Wormatiensi anno 1521. §. 17. tributum, ad allodia quod attinet, protestatione protinus interposita a se alienum esse voluit.

Quam seriam voluntatem Dux Saxoniae Elector et Iuris Saxonici Protector verbis finalibus *Const. XVIII. Part. III.* sic professus est: *Wir wollen aber mit diesem unserm Gesetze und Constitution das ius repraesentationis auf Sächsischen Boden unsrer Lande nicht eingeführet haben; Sondern unsre Meinung und Gemüth ist, daß es solchen iuris repraesentandi auch andrer Personen und Fälle Succession halber auf Gleichheit oder Ordnung derer Graden allenthalben gehalten, gesprochen und erkannt werden soll, wie es nach Sächsischen Rechten versehen, und in unseren Landen gebräuchlich und Herkommens ist.*

Haec huius Constitutionis verba si cum antecedentibus eius partibus coniungimus, constat iure Saxonico collatera-

lium cognatorum successionem ex his regulis aestimandam et constituendam esse. Prima: Gradu propinquior vincit remotiorem. Secunda: Ex vno latere iunctus vno gradu remotior habendus est, quam ex vtroque latere cognatus. Tertia: Si plures eodem gradu non in eadem linea a defuncto distant, propinquiore linea comprehensi reliquos superant. Prima et secunda cum iis, quae in *Lib. 1. art. 3. Iur. Praevinc. Sax.* legimus, omnino conspirant. Tertia exceptionem ficit, quae admittenda sit, an minus, veteres dubitabant. Curia suprema Lipsiensi negatiuam tuente, studio morum a maioribus acceptorum, et Scabinos, affirmatiuam amplexos reprehendente.

Horum tamen sententia Electori AUGUSTO magis arrisit. Quod ex praesumta defunctorum voluntate, siquidem amor magis descendere, quam ascendere existimatur, petendum esse, persuasum habeo.

Ex prima praemissarum regularum consequitur, fratres defuncti orbi et inprolis germanos, sororesque tales, eodem omnes iure ad haereditatem admitti, partes ex numero personarum fieri, et excludi, si qui sint, ex praedefuncto fratre vel sorore liberos, iure Romano ex fictione repraesentationis admissos; consequitur, si nulli superint defuncto fratres vel sorores, liberos praedefunctorum quotquot sint, neglecto stirpium numero, haereditatem aequa lance partiri.

Secunda regula efficit, vt sororum et fratrum germanorum liberi patrui haereditatem cum supersite eius fratre con-

fangu-



sanguineo vel uterino sic habeant communem, vt, quot sint capita, tot partes fiant. Contra Iustiniani lege nouella 118. cap. 3. germanorum filii beneficio repraesentationis consanguineos et uterinos vincunt.

Propter tertiam regulam patruus et auunculus cedunt consanguineo fratri, et fratris germani liberis, quamuis omnes ex sententia Iuris Saxonici tres gradus a defuncto distent, vincit vero patruus germani fratris nepotem et consanguinei filium, quoniam linealis propinquitatis inter gradu pares, non dispares, ratio habetur. Ex quibus omnibus et ex Constit. 29. eiusd. Part. III. simul intelligimus, a successione allodiali differre feudalem, illam excludere, hanc admittere ius repraesentationis, vt, si praeter inuestituram simultaneous simul ex agnatione deriuanda sit successio, fratris antea defuncti filii simul cum patruis, referentes patrem, patris vasalli inprolis mortui beneficium capiant. Cui successioni feudali praeterea hoc etiam commune esse scimus, vt ad remotiorem lineam, proxima demum extincta, transire liceat, et vt vinculi duplicitatem omnino ignoret, siquidem vel a patre solo, vel a matre acquisitionis origo repetenda est, adeoque in feudis a matre quaesitis uterini cognati, in paternis consanguinei eodem cum germanis iure succedendi gaudent.

Quae hactenus differuimus, adeo per se clara sunt, vt, si quis hoc vel illud impugnare velit, vix risum effugiat. Diferte probauit Elector Saxoniae veterem in bonis haereditariis succedendi modum in *art. 3. Iur. Prou. Sax. Lib. I.* expositum,

et



reprobavit ius repraesentandi fratrum liberis in concursu cum fratribus demortui a IUSTINIANO *Nov. 118* tributum. Nul- lam vero *d. Confit. XVIII.* nepotum ex fratre germano con- sanguineo et vterino facit mentionem. His omnibus aequale ius haereditarium tribuit IUSTINIANUS. Quum igitur gene- ralis Romani Iuris receptio sit notoria, videri possit, excep- tiones in *d. Confit. XVIII.* propositas ad personas expressas restringendas, caeterum vero in remotioribus normae IUSTI- NIANI obtemperandum esse. Videlicet fratrum germanorum nepotes et pronepotes nullum ex vinculi duplicitate com- modum capere, vt potius cum vterinis et consanguineis eiusdem gradus haereditatem aequo iure capiant.

Hoc vero ratiocinium rem propositam penitus intuen- ti satisfacere plane non potest, vt potius ex principiorum confusione conflatum esse facile pateat. Germanis fratribus vterinos et consanguineos *Ius Saxon. d. art. 3.* hac addita rati- one postponit, quia ex vno latere iunctus ab utroque latere coniuncto vno gradu remotior habeatur, et quia haereditas proximo defuncti cognato debeat. Verba compilatoris haec sunt: *An dem Gliede des Halbes die Kinder, so als leiblich Ge- schwister von einem Vater und Mutter geboren sind. Sind es Stief- geschwister so können sie an einem Gliede nicht zusammen stehen, son- dern rücken weiter an ein ander Glied.* Recensitis dein remotio- ribus permultis cognatis, his demum verbis concludit: *Der sich aber näher zu der Sippe ziehen mag, der gehet denen andern im Erbe vor.*

Hanc

Hanc iuris haereditarii collateralium indolem ab antiqua Saxonia ad nos translata confirmat *d. Constat. XVIII.* dum exemplo fratrum vnilateralium bilateribus postpositorum, eorundemque cum horum liberis hac lege, vt singuli eodem iure vtantur, coniunctorum illustrat, et vt controuersiae inter plures obortae, ex gradus propinquitate, post habita repraesentatione, iudicentur, generatim praecipit, vt solum inter gradu aequales simul lineali propinquitati priuilegium tribuat. Igitur quoniam scimus, et *d. art. 3.* docemur, gradus ex numero generationum computari, absurdum esset concedere, fratris germani liberos eodem cum fratre consanguineo iure vti, et quasi per hiatum contendere, germani et consanguinei fratrum nepotes simul admittendos esse.

Remotio enim fratrum vnilateralium a gradu secundo ad tertium, simul efficit, vt eorum liberis quartus, nepotibus quintus assignandus, et sic in posteris continuandum sit, et propter hoc ipsam vniuersa eorum posteritas a concursu cum posteris fratrum bilateralium eiusdem gradus arcenda. Qui hoc negare auit, oportet, vt vel contra naturam pugnet, vel fauore nepotum ab vnilateralibus descendentiū promotionem fingat, qua contra remotionem quam auus ex *L. Saxonica* passus sit, restituantur, et cum parentibus in vnum gradum constituentur, vel denique contendat, filios vnilateralium in concursu cum filiis bilateralium *L.*

Saxonum ab haereditate excludi, nepotes eorum propter L. Romanam admittendos esse. Sed quemadmodum priori argumento illud, risum teneatis amici, occidit, posterius propter ineptam diuerforum iurium confusionem per se reprobandum, ad nos pertinere non posse, verba finalia *Constitut. XVIII. unsre Meinung ist, — — — daß auf Gleichheit, oder Ordnung derer Graden allenthalben gehalten, gesprochen und erkannt werden soll, wie es nach Sächsischen Rechten versehen, und in unsern Landen gebräuchlich und Herkommens ist, sola evincunt.*

Ius repraesentationis a IUSTINIANO in successione legitima collateralium solis filiis fratrum germanorum concessum quoni horum nepotibus patrocinari non possit, naturaliter consequitur, vt nepotum longe deterior sit conditio. Contra degradatio Iurè Saxonico fratribus consanguineis et vterinis imposta propter naturalem progressum necessario simul eorum posteris noxia, et contra germanorum liberis in concertatione proficua esse debet. Eandemque ob causam compilator Iuris Saxonici adquiescere poterat in obseruatione fratri vnilaterali adiecta, *halbe Geburth tritt einen Grad weiter zurück,* eiusque repetitione, vbi de posteris fratrum agebatur, superfedere, et satius ducere, rem propositam adiecta generali norma concludere: *Der sich aber näher zur Sippe ziehen mag, der gehet denen anderen im Erbe vor.*

Ipse

Ipse HERTIUS iuris Romani admodum studiosus in Dissertat. super vtraque hac paroemia, non inficiatur, ex iis iure Saxonico successionem haereditariam cognatorum in linea transuersa sine restrictione ad fratrum germanorum filios aliumue certum gradum aestimandam et iudicandam esse, quamuis Romanis alia placuisse appareat. Quam sententiam praeter statuta passim obuia, sic enim Heringensia habent, Lib. III. art. 40. *dem die halbe Geburt stehet alle wege eines gradus weiter*, CARPZOV. ad *dict. Constitut. XVIII.* probat, variisque iudicatis *definit. 18 s.* iunctis confirmat, accedente Papi- niano illo Saxonico. BERGERO in *Oeconom. Iur. Lib. III. Tit. IV. §. 39. not. 5.* et MENCKEN in *Pandectt. d. Success. Iur. nouiss. §. 16.* et nostrum collegium perpetuo et constante usu seruat. Ut interpretatione vsuali decies praescripta tanquam nouo et fir- missimo fundamento huius sententiae veritas confirmetur, ac sustineatur. Quam ob rem satis demirari non possumus, si LEYSERUM Ordinarium Vitebergensem in *Specim. 423. de Success. ex latere* in eo vnice occupatum conspiciamus, vt, praetermissis omnibus his Iuris Saxonici praeceptis, ad leges IUSTINIANI prouocet, simulque sententiam illam in suc- cessione haereditaria dudum explosam, ipsaque *Constit. XVI. Part. III.* reprobata commendet, concurrente consan- guineo et vterino fratre, inquirendum esse, quae a patre bona, et quae a matre prouenerint, ac vtrique addicendum, quod suae genti debeatur.

Quam ob rem, quum ante aliquot annos coram Senatu Neustad. prope Orlam amitina germana et consobrina vterina super haereditate certarent, quam illa integram, haec semissem vindicabat, haec a nostro et Vitebergenfi dicafterio repulsam tulit, nec in thesi secus iudicandum esse Senatus Prouocatt. censuit, vt tantum, quia vrbs, vbi amitina commorabatur, succedendi rationem Nov. 118. cap. 3. praescriptam sequitur, consobrinae Lusatae semissem retorsionis iure adscripserit. Et quum ante hunc annum in exemplo omnino simili ex Prouincia, quae itidem Romanis legibus regi patitur, a nobis quaereretur, eandem Nouellam secuti respondimus, omnibus germani pariter, ac vterini posteris haereditatem aequis partibus deberi, simulque professi sumus, apud nos Ius Saxonicum hac in re secutos alia omnia statuenda esse.

Hic pedem figo, vt pietatem expleam, quam academia nostra proximo post INDULGENTISSIMUM PRINCEPEM ELECTOREM nostrum, fautori suo debet, puto quondam perillustri Viro RVDOLPHO FERDINANDO Libero Baroni de SYLVERSTEIN et PILNICKAV.

Instat enim dies Rudolpho inscriptus huius viri in literas munificentissimi memoriae tribus orationibus recolendae sacer.

Tres

Tres iuuenes bonae spei opimis ab eo stipendiis aucti Sacrarum Litterarum, Iurium, et artis Medicae studiosi, ab hora IXna in auditorio ICtorum huic officio satisfacere studebunt.

Primus CAROL. GUILIELM. RICHTER Golsen. Lusat. *De eo, quid ratio humana; et quid sacrae Bibliae de creatione vniuersi statuunt.*

Secundus CHRISTIANUS GEORG. LEUTHOLD *Auma-Thuring. Testamenta iuri Naturae non esse consentanea.*

Tertius GOTTFR. LUDOV. BRAUER, *Lipsiens. Quae Arabibus in medicina excolenda tribui possint merita? verba facturi, et in eo, vt grati animi sensum expromant, verfaturi.*

Hunc igitur diem, in huius vniuersitatis litterariae fastis imprimis memorabilem, vt vestra praesentia ac celebritate illustrare et condecorare benevole velitis, Vos, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLUSTRISSIMI COMITES, PROCERES VTRIUSQUE REIPUBLICAE GRAUISSIMI Generosissimique ac Generosi commilito-

B 3


nes,

nes, omnes ac singulos obseruantissime cupimus ro-  
 tos. Scribebamus Lipsiae Dominic. Quasimodogeniti.  
 A. C. MDCCXCVIII.

LIPSIÆ  
 EX OFFICINA SAALBACHIA.







14822




VD18

56.

ULB Halle 3  
004 996 720





1783

1798, 4

A D  
 MEMORIAM ANNIVERSARIAM  
 VIRI QVONDAM PERILLVSTRIS  
 D O M I N I  
 RVDOLPHI FERDINANDI  
 LIBERI BARONIS  
 DE SILVERSTEIN ET PILNIKAV

HAEREDITARIJ IN KLEIN EHLA GRASCHEN PAUSEN  
 BARG  
 XC VIII.

SULTORVM

MAGNIFICVM

MITES

ROCERES

DEMIAE CIVES

T

STATVM

SSESSORES



FI-  
 ES  
 AC  
 are  
 C

R

D

